# VIII.

## INCIPIT
## DE MVTATA DECLINATIONE.

APRICATIO, pro apricitas. M. Tullius de Senectute (57): 'ubi enim potest illa aetas aut calescere apricatione melius vel igni?'

ITINER dictum pro iter. Varro Pranso Parato (421):

Luna éxpectans Adriám se itiner longúm sermone leváre.

Plautus in Mercatore (929):

quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sines?

equidem mutata declinatio non est. ab eo quod est iter iteris facit, ab eo quod est itiner itineris.

Lucretius lib. VI (339):

obvia discutiat plagis itinerque sequatur.

Accius Oenomao (500):

coniúgium Pisis pétere, ad te itiner téndere.

idem Meleagro (457):

labóre aut minuat ítiner ingressúm via.

---

14—17 DE—pro iter; 18 Varro it.—levare; 24 Lucr. obv.—sequatur.

---

14 -TIS *et* -NIBVS *Mu.* || 15 apricacitas *L* || 18 sperans *Mu.* || adria se *L* $A^A$ $B^A$: adriassent $C^A$: *corr. Roth.* || 20 ego $C^A$ || sine $L^1$ $C^A$: sinis *codd. Pl.* || 21 quidem $L^1$ $C^A$ || 21—22 *secl. Mu. (cf. 485. 4)* || 22 iter iteris] itiner itineris *L* $B^A$ $C^A$ || 24 plagis] gladis $L^1$ $C^A$: gladiis $A^A$ $B^A$: cladis $D^A$ || 26 Pis. pet. *Delrius*: tisis patere || 28 laborem ut *Guietus* || ingresso viae *Voss.*

Turpilius Thrasyleone (207):

age, age, égredere! atque utinam ístuc perpetuum ítiner
sit tibi . .!

FESTINEM, pro festinantem. Titinius Quinto (103):

nunc hóc uror, nunc haéc res me facit féstinem. ||

LACTE, nominativo casu, ab eo quod est lac. Ennius lib. XI (365):

et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta.

Hemina Annalium lib. IV (36): 'ex Tiberi lacte aurire'. — Caecilius Titthe (220):

praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

Varro Andabatis (26):

cándidum lact é papilla cúm fluit.

MANSVETEM et MANSVEM, pro mansuetum, ut sit nominativus mansues. Plautus Asinaria (145):

réddam ego te ex ferá fame mansuétem.

Accius Meleagro (453):

nunc sí me matrem mánsues misericórdia
capsít.

Varro Ὄνος λύρας (364): 'non vidisti simulacrum leonis ad Idam eo loco, ubi quondam subito eum cum vidissent quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus?'.

---

1 Lacte—lac; 3—4 Hem. ex—haur.; 7 Varro candi.—fluit.

---

30 ist. ut. *Both.* || ut. *post* sit *Havet.* || 1 L. pro nom. *L* || ab] pro *Mu.* || X *C^A* || 2 et simul er. *Gulielm.*: essi mulier er. || ceu] ceci *A^A*: (cecu *Paris. 7666 et fort. C^A*) *vide ne in archetypo* ceci *fuerit* || 6—7 *cf. 486. 4* || 7 confluit *codd. h. l.* || 8 Mansuete et mansues: *corr. Mu., Quich.* || 10 feram *L A^A C^A* || mansuetam *codd. Pl.* || 12 mansuem *Mu.* || 13 tapsit *L*[1] || 14—16 *troch. metr. disp. Mu.* || 14 conuidisti *C^A* || 15 e loco: *corr. Popma* || 16 fecerunt *Gulielm.*: ferunt.

483 M.

QVAESTI vel QVAESTVIS dictum pro quaestus. Titinius Fullonibus (26):

ni nós texamus, níhil siet, fullónes, vobis quaésti.

Plautus Aulularia (83):

nam híc apud nos níhil est quaesti fúribus.

Novius (105):

pér deam sanctám Lavernam, quaé cultrix quaestíst tui!

Terentius Hecyra (836):

numquam ánimum quaesti grátia ad malás inducam pártis.

Pomponius Pistore (123):

nám plus quaesti fácerem quam quadrínas si haberém molas.

Turpilius Demiurgo (42):

múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognovít sui.

idem Hetaera (84):

simulári me a se amári quaesti grátia.

Caecilius Venatore (129):

satine huic órdini,
etsí nil egi, quaésti, quia sunt aémuli?

Varro Cato vel de liberis educandis (34): 'non in suarum manuum opificio, quibus † alme lino quid faciunt aut palma. nam liberti quaestuis causa derivant suas res pueris'.

18 Questu v. q. $C^A$ || **20** siet *Bue.*: est: erit *Mu.* || **22** e. aliud q. *codd. Pl.* || furius || **23—24** N. Pedio per deam *Mu.*, (*sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 95*) || **24** sancta $L\,B^A\,C^A$ || quae cultrix *om.* $L^1$ || quaestist tui *scripsi*: quaestui sit || quae mei c. quaestuist *Ribb.* || **26** adducam *codd. Ter.* || **28** quam rinas $L^1$: quam quadrina $C^A$ || malos $B^A$ (*cum H*) || **32** simulare *Both.*[2] || **33** Feneratore *Spengel.* || **34** huc: *corr. Both.* || ordine $L^1$ || **35** (ego $E^1 P$) || quaesti quaesti $C^A$ || sunemuli: *corr. Ald.* || 'étsi nil ego égi, quaesti?' 'quaésti?' 'quia sunt aém.' *Ribb.* || **36—37** insuerunt *Mu.* || **37** manum *Quich.*: manu || qui e busso aut l. *Mu.* || *fort.* quibus alumni || faciant *Barth.* || **38** *fort.* aut pluma || liberti *Iun.*: lib II || deribant: diribent *Mu.*



483. 484 M.

TVMVLTI, pro tumultus. Plautus Casina (649): ||

quid íntus tumúltí fuít?

Terentius in Andria (365):

níhil ornati, níhil tumulti.

Pomponius Piscatoribus (121):

quod hoc ést tumulti.

Accius Aeneadis vel Decio (1):

nihil néque pericli néque tumulti est, quód sciam.

idem Nyctegresia (485):

cuius vós tumulti caúsa accierim et quíd parem, animum advórtite.

VICTI, pro victus. Plautus Captivis (855):

proin victi quotidiani ventrem ad me adferas.

AESTI, pro aestus. Pacuvius Chryse (97):

aésti forte ex árido.

SENATI vel SENATVIS, pro senatus. Plautus Epidico (189):

senáti qui columén cluent.

Sallustius Catilinae Bello (30, 3): 'igitur senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi'. — Sisenna Hist. lib. III (17): 'Lucius Calpurnius Piso ex senati consulto duas novas tribus'. — idem (136): 'simul et senati

39—1 Tum.—fuit; 10—11 Vic.—adf.; 14—16 Sen.—decr.; 19 Sis. Luc.—consulto.

**5** quid *Ald.* || **9** acierim $B^A$ || et] er $A^A$ || parum (-rom *P*) aduorti (*om.* animum) $L\,A^A\,B^A$: parem animum advortito $C^A$: *corr. Stephanus* || **11** proin *Pl.*: pro || proín tu tui cotídiani vícti vent. ad me. áff. *codd. Pl.* || **13** fonte *Osann.* || **14** vel senatus $A^A$: *om.* $D^A$ || **17** Q. Metellus *Sall.*: m̄ tullius || **18** quicunque: *corr.* $B^A$ || **19** lucilius $C^A\,D^A$: lucius (*H*) *vel* lucilius ($E^1 P$) $A^A$ || senatis: *corr. Guietus.*

consultis clarissimis amplificati'. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'posteaquam Q. Fabio Maximo dictatore' * * *

VAS, pro vades. M. Tullius de Officiis lib. III (45): 'vas factus est alter eius sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi'.

SVMPTI, pro sumptus. Plautus Trinummo (250):

quod ebibit, quod comest, quod facit sumti.

Turpilius Philopatro (182):

ecce aútem tuo more, úti soles, vidére mi
aegre íd pati quia hós dies conplúsculos
intércapedo súmti faciundí fuit.

Lucilius lib. XXX (19):

quid dare, quid sumti facere ac praebere potesset.

Caecilius Plocio (180):

quid hóc futurum obsónio est, ubi tántum sumti fáctum?

Varro || Bimarco (52):

cúm novissimé mutaret, quántum sumpti fécerit.

ITERIS positum pro itineris. et quidem recte, ab eo quod iter, iteris facit; itiner, itineris. Naevius Lycurgo (33):

ignótei íteri' súmu'; túte scís?

---

24—25 Sum.—sum.; 3—5 It.—scis.

---

**20** ampl. * * * *Mu.* || de vita populi (*om.* romani) *L* $A^A$ $C^A$ (*siglum* pr̄ *male explicatum erat*): pr̄ (*om.* de vita) $B^A$ (= *G*) || **21** III *Kettner.* || **22** vades *ed. a. 1476*: vade || I *L* $B^A$ || **24—25** *cf. 81. 20* || **26—29** *cf. 525. 29* (*s. v.* dies, acc.) || **27** tuo more ut *codd. 525*: tuum ore uti *codd. h. l.* || **28** hoc *codd. h. l.* || **31** potisset || **33** est *Both.*: et || **2** mitaret $L^1$: putaret *Meinek.*: putarit *Kettner.*: *fort.* aestimaret || sumptif. *Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 443*) || **3** (et q.)—**4** (itineris) *secl. Mu.* (*cf. 482. 21*) || **4—5** *cf. 124. 32* (*s. v.* ignotae) || **5** ignoti (igoniti $L^1$) *codd. h. l.* (*cum codd. Prisc. I, p. 229*): -tae (-te) *codd. 124* (*cf. Class. Rev. XVI, 48*).

Accius Oenomao (498):

"praésto etiam adsum." — "expróme quid fers? nám te † longo ítere cerno
vádere."

idem Telepho (627):

stúdiumque iteris réprime.

Varro Cycno, περὶ ταφῆς (79):

tua témpla ad álta fání properáns citús iteré.

EXERCITI vel EXERCITVIS, pro exercitus. Accius Armorum Iudicio (150):

in quó salutis spésque summas síbi habet summa exérciti.

idem Epinausimache (310):

cóntra quantum obfúeris, si victús sies,
consídera et quo révoces summam exérciti.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'quibuscum turpe fecerant foedus sine publico consilio, dediderunt hosti. quid quod Decius imperator pro exercituis salute se dis Manibus devovit?'

ASPECTI, pro aspectus. Accius Astyanacte (187):

abdúcite intro; nám mihi miseritúdine
conmóvit animum excélsa aspecti dígnitas.

---

7—8 Acc. expr.—vad.; 13 Exerciti pro ex.; 21—23 Varro quod—pro asp.; 25 Acc. comm.—dignitas.

---

7 etcam $L^1$: em iam (?) *Ribb.* || t. l. ab it. *Ribb.*: t. e l. it. *Mu.*: *fort.* t. l. ego it. || 15 (spesque supremas *G*): spes supremas *Iun.*: spesque (*gen.*) summam *Bue.* || *fort.* spes opésque summas síbi || 17 c. tu *Mu.* || obfuerit (?) *Ribb.* || 19—20 a quibus ictum t. fec. *Popma* || 20 dederunt: *corr. Quich.* || 21 hostibus *Kettner.* || h. * * * idem eodem, quid quod D. *Palmerius* || quodquod $C^A$ (*supra add. in L*): quotquot $B^A$: quod $A^A$ $D^A$ || pro $L$ $A^A$ $B^A$: propter $C^A$ $D^A$ || exerciti: *corr. Kettner., Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 443*).

idem Alphesiboea (80):

ó dirum hostificúmque diem! o
vim tórvam aspecti atque hórribilem!

SCRIPTIO, pro scriptura. Cicero de Oratore lib. II (5): 'illud autem est huius institutae scriptionis ac temporis'.

SALTI, pro saltus. Accius Melanippo (435):

híc Melanippum intér traiectus némorum in salti faúcibus.

LVCTI, pro luctus. Accius Pelopidis (519):

césso hinc ire et cápere lucti véstem in leto cóniugis.

idem Nyctegresia (491):

tún quod superest sócium mittis léto? an lucti paénitet? ||

PARTI et PARTVIS, pro partus. Pacuvius Atalanta (69):

ubi égo me gravidam séntio adgraváscere
propínquitate párti.

Varro Andabatis (26):

cándidum lact é papilla cúm fluit, signúm putant
pártuis, quod híc sequatur múlierem e partú liquor.

FRONS, pro frondes; ut Vergilius Georg. lib. II (372):

praeterea cum frons tenera inprudensque laborum.

Varro Parmenone (390):

caéditúr lótos *álta*, álta frós décidít Pálladís, plátanu' rámís.

---

31—32 Sal.—faucibus.

---

**27** odirum $L^1$: odiorum $A^A B^A C^A$: o deírumque *Mu.* || **27—28** ovium turbam: *corr.* *Σ* || **32** intra *L* $A^A$ || **34** lapere: *corr.* *Mu.* || lecto $A^A B^A$ || **36** tun *Voss.*, *Both.*: tunc || **1** et partui $C^A$ || **2** (adgravescere *Lugd.*, *Bamb.*) || **3** partis *L* $A^A C^A$ || **4—5** (fl.) *cf. 483. 7* (*s. v.* lacte, nom.) || **7—8** *cf. 114. 1* || **10** lotos *Me.*: lutos $B^A$: lutos *vel* lucos $A^A C^A$: lucos *L* || alta *add. Bue.*: alma *Mu.*: atque *Ries.*

IBVS pro îs minus latinum putat consuetudo, cum veterum auctoritate plurimum valeat. Titinius Gemina (59):

eu! ecástor,
sí moratae sítis ambae íbus pro ut ego móribus!

Plautus Milite (74):

latrónes, ibus dínumerem stipéndium.

Pomponius Pappo Agricola (103):

nunc, quándo noluísti facere, fác voluptatí sies
ibús.

EXCELSITAS. M. Tullius de Officiis lib. III (24): 'etenim magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo'.

CAMPANS, pro Campanum. Plautus in Trinummo (545):

credo égo istuc, Stasime . . . sed Campáns genus
multó Surorum iam ántidit patiéntia.

PERNICII, pro perniciei. M. Tullius pro Sexto Roscio (131): 'quorum nihil pernicii causa divino consilio, set vi ipsa ac magnitudine rerum factum putem'. — Sisenna Hist. lib. VI (128): 'Romanos inferendae pernicii causa venisse'.

HEREM, pro heredem. Naevius Gymnastico (58):

atque meís bonis
ómnibus ego te hérem faciam. ||

---

**11** his || **14** sitis mor. *Ribb.* || pro ut ego *Herm.*: ut ego pro || moribus *cod. N. Fabri*: maoribus $L^1$: mauribus $C^A$: maioribus $A^A$ $B^A$ || **16** den. || **18** (uoluisti *G*) || **21** e. multo m. *codd. Cic.* || **22** *fort.* pro Campanus || **23** istasime || st. ita esse sed C. *Pl.* || **24** multos vestrorum (ūr.) i. ancidit patentia $C^A$ || **25** Pernici || **26** pernici: -cie *codd. Cic.*: -cii *Gell. IX, 14. 19* || **26—27** sed vi *Cic. et Gell.*: et ut || **27** et m. *codd. Cic. et Gell.* || magnitudo ne $A^A$ || putamus *codd. Cic.* || **28** inferendae *Gell. IX, 14. 8*: in re cerne || pernici || **29** Heredem pro heredem $C^A$ || **31** te ego *Mu.* || heredem $L$ $B^A$ $C^A$.

487 M.

GELV ars monoptoton esse vult; contra sentit auctoritas. Lucretius lib. V (205):

adsiduosque geli casus mortalibus aufert.

idem lib. VI (156):

denique saepe geli multus fragor atque ruina.

VAPOR et VAPOS et TIMOR et TIMOS et LABOR et LABOS ita sunt ut color et colos. Lucretius lib. VI (952):

pervolitant, permanat odos frigusque vaposque.

Naevius Lycurgo (40):

iam ibí nos duplicat ádvenientis tímos, pavos.

Accius Andromeda (112):

quí neque terraest dátu' nec cineris caúsa umquam evasít vapos.

Varro Manio (247):

sternít iuvencus, quám labos mollém facit.

PERVICO, pervicaci. Accius Armorum Iudicio (158):

sed pérvico Aiax ánimo atque avorsábili.

IONI. Plautus Aulularia (556):

quem quóndam Ioni *Iúno* custodem áddidit.

ANTISTITAM. Accius Astyanacte (167):

utinam únicam mihi antístitam Arquitenéns suam tutétur!

GEMITI. Plautus Aulularia (722):

tantum gemiti et mali, maestitiae mihi hic dies optulit.

---

1—3 Gel.—auf.; 5—10 idem fr. a. r. g.—timos; 14 Varro ster.—facit.

---

3 que *om.* $C^A D^A$ || 5 geli *post* ruina || 8 -tas $L A^A B^A C^A$: -tans $D^A$ || ados: odor *codd. Lucr.* || 10 pavos *om.* $D^A$ || 12 cynneris: (*corr. G*) || 14 stertit iuventus *Oehler.* || 16 advorabili $A^A C^A$: vorabili $L B^A$: *corr. Mu.* || 18 Iuno *om.* || 23 mali *om.* $C^A$ || mihi d. hic $C^A$: hic d. mihi *codd. Pl.*

SPECIS, pro specubus. Accius Alcmeone (62):
quod dí in terram infernám penitus
depréssum altis clausére specis.

GALLVM, pro gallorum. Varro Eumenidibus (140):
rúditatem ac pudórem gallûm, coépit, mihi † videri.

GENERIBVS, pro generis. Accius Alcmeone (64):
qui ducat, cúm te socerum víderit,
géneribus tantam ésse inpietatem?

ARGVS, pro Argivus. Plautus Amphitryone (98):
Amphítryo natus Argis ex Argó patre.

Vergilius Aen. lib. IV (661):
auriat hunc oculis ignem crudelis || ab alto
Dardanus.

AVGVRA, pro auguria. Accius Telepho (624):
pró certo arbitrábor sortis, óracla, adytus, aúgura?

HVMV, pro humo. Varro Pranso Parato (422):
contrá coactu' cérvu' latratú canum
fertúr bisulcis úngulis niténs humu.

idem [Varro] *Ταφῇ Μενίππου* (531): 'in pavimento non audes facere lacunam; at in humu calces facis elixos'.

---

24 Spec. pro spec.; 25—26 Accius pen.—specis.

---

24 Spectis $C^A$ || 25 interdum inferam: in terram infernum *Bue.*: in sedem infernam *Mu.* || 28 pruditatem: *corr. Oehler.*: probitatem *Ries.* || ac *Ries.*: a $A^A$: an $L$ $B^A$ $C^A$ || c. inibi *Vahlen.*, videris *Mu.*: c. mibi sic uendere *Bue.* || 30 quis deicat *Mu.* || vid. soc.: *corr. Voss.* || 31 tanta $C^A$ || 33 natum || 34—2 *secl.* (?) *Mu.* || 5 Humo pro humo $C^A$: Humu (*H*) *vel* Humo ($E^1 P$) pro humo $A^A$ || 5—7 *cf. 353. 20* (*s. v.* niti, ambulare) || 6 servus *codd. utrobique*: *corr. Turneb.* || 7 neces *codd. h. l.*: neites *Mu.* || humum || 8 idem *Mu.*: vident (-den $C^A$) || Varro *om.* $L^1 C^A$ || 8—9 *cf. 48. 18* (*s. v.* elixum) || 9 non aedes *codd. h. l.* || *fort.* iacere lagoenam—iacis || humo || calceos: *corr. Bue.* || clixos (di- $C^A$): (*corr. H*).

488 M.

FLVCTI, pro fluctus. Accius Telepho (633):

fluctí cruoris vólverentur míhi . .

idem Clytaemestra (33):

flúcti inmisericórdes iacere, taétra ad saxa adlídere.

Pacuvius Chryse (76):

interea loci
flúcti flaccescúnt, silescunt vénti, mollitúr mare.

PISCATI, pro piscatus. Pomponius Piscatoribus (119):

"quíd habes in syrpículis, calve?" — "ómne piscatí genus."

Turpilius Demetrio (21):

antehác si flabat áquilo aut auster, ínopia
tum erát piscati.

POEMATIS. M. Tullius *de Officiis* lib. III (15): 'quod item in poematis, in picturis usu venit'.

CVLTIO, pro cultura. M. Tullius de Senectute (56): 'num igitur horum senectus miserabilis, qui se agri cultione oblectabant?'

VVLGARIAM, pro vulgarem. Novius Zona (98):

átque facilitátem,
video, úteris vulgáriam.

Turpilius Thrasyleone (205):

. nón est mediocrís res neque vulgária
fallácia haec.

---

17—18 Pisc.—gen.; 24—25 Cult.—oblectabant.

---

**11** uoluerunt $B^A$ || mihi (michi $L$)] Mysii *Bue.* || **13** taetra *Mu. post Me.*: et aetra $L^1$: et aethra $A^A$ $B^A$: et aetera (*Paris.* 7666) *vel* aetera (*om.* et) (*Lugd. Bamb.*) $C^A$ || **15** loca: *corr. Gulielm.* || **16** flacciscunt || **20** fiuat $C^A$ || **21** tum orat $L^1$: tumeor at $A^A$ $B^A$ *ut vid.*: tum erat $C^A$ (*cum* $H^2$) || **22** de off. *add. Me.* || **23** item (autem) *codd. Cic.*: idem || usum $L$ $A^A$ $B^A$ || **25** m. fuit *codd. Cic.* || **26—28** *cf.* 481. 18 (s. v. uti *cum accus.*) || **27** aquae (*corr.* $E^1$ $P$) *codd. h. l.* || **30** em non *Havet.* (*Mél. Graux, p. 809*) || non e. m. neq. v. *Mu.*: non e. m. r. neq. est v. *Ribb.*: non e. m. haec r. neq. v. *Studem.* || *fort.* non m. est || **31** haec fall. (*troch.*) *Both.*

Afranius Privigno (263):
dehinc témeritatem répudio vulgáriam.

PANNIBVS, pro pannis. Pomponius Maccis Geminis (70):
"bono animo es!" — "vídeo, erepsti prímiter de pánnibus."

INDECORIS, pro indecora. Accius Athamante (193): ||
cúius sit vita indécoris, mortem fúgere turpe haut cónvenit.

Vergilius lib. XII (25):
nec genus indecoris.

FETIS, pro fetibus. Accius Bacchis (243):
ubi sanctú' Cithaeron
frondét viridantibu' fétis.

SVBLIMA, pro sublimis. Accius Phinidis (576):
aut saépe ex humili séde sublima évolat.

Sallustius Historiarum lib. III (27): 'nam tertia tunc erat, et sublima nebula caelum obscurabat'.

Ab eo quod est labos LABOSVM facit non laboriosum Lucilius Satyrarum lib. III (10):
praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

NEFANTIA, pro nefanda. Lucilius Satyrarum lib. III (59):
Tantalu' qui poenas, ob facta nefantia poenas,
pendit.

idem lib. XXIX (65):
díssociata aeque ómnia ac nefántia.

---

7 Subl. p. subl.; 9—10 Sall. nam—obscurabat; 14—16 Nef.—pendit.

---

**34—35** *cf. 154. 21* (*s. v.* primiter); *506. 28* (*s. v.* es pro esto) || **35** quin bo. *codd. 154* || eripisti *codd. h. l.* || **36** pro indecore $C^A$ || **1** cuiust *Mu.* || turpem *Iun.* || aut || **8** sublimia evolat $L^1C^A$: sublime volat $A^A$ || **10** tunc] luna *Maehly.* || **11** labes *Mu.*: *fort.* lābor || non lab. *del. Quich.* || **13** inter est $C^A$ || **14** VI $C^A$ || **15** poenas *alt. om.* $D^A$ || **18. 21** dissociat (*seq.* a): *corr. Guietus, Oehler.* || atque: *corr. Fruter.* || dissociataque *Bue.*

Varro Sciamachia, περὶ τύφου (509): 'ego, inquit, ei eam suppetias, quicum mihi nec res nec ratio est, «díssociata aeque ómnia ac nefántia?»' (Lucil. XXIX, 65.)

GRACILA est, pro gracilis [est]. Lucilius Satyrarum lib. VIII (1):

quod gracila est, pernix, quod pectore puro,
quod puero similis.

BACCHANALIORVM, pro bacchanalium, ut vectigaliorum et conpitaliorum et novaliorum et vulcanaliorum. Sallustius (Hist. III, 31): 'exaudirique sonus bacchanaliorum'. — idem Historiarum lib. IV (III, 50): 'Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus'.

TVMVLTI. Ennius Hectoris Lytris (143):

quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui usurpát meum?

Turpilius Paedio (154):

. . . progrediór foras visére quid hic tumúlti
anté fores.

Sallustius in Catilinae Bello (59, 5): 'ille cohortis veteranas, quas tumulti causa conscripserat, in frontem, post eas ceterum || exercitum in subsidio locat'. — Afranius Vopisco (393):

hém, quid hoc? perií! pertimui! quíd tumulti exaúdii?

PROGENII. Pacuvius Paulo (1):

patér supreme nóstrae progenií patris.

---

19 ego enim quid $C^A$ || 20 ei eam *Mu.*: etiam $A^A$: eam $L\,B^A\,C^A$ || quicum *Bue.*: qui tunc || 22 est *pr. om. ed. a. 1471* || est *alt. om.* $A^A$ || 23 e. pede quod pern. *I. Dousa* || 24 (puro $E^1P$) || 27 nonus $C^A$ || 28 Vulc. die] religione Vulc. *Havet.* || **29—490. 22** *post 490. 27 collocand. videntur (cf. 'Non. Marc.' p. 26)* || 30 qui tum. $C^A$ || 32 hic *Both.*: hi (*seq.* t) $L^1$: in $C^A$: hinc $A^A\,B^A$ || 33 foros $A^A$ || 35 fronte *codd. Sall.* || 3 exaudio *Ribb.* || 4 Progenis (*Lugd. Bamb.*) *vel* -niis (*Paris. 7666*) $C^A$ || 5 progeni || patres *Mu.*

STREPITI, pro strepitus. Ennius Hectoris Lytris (144):
quid in cástris strepitist?

ADMIRABILITAS, pro admiratio. M. Tullius de Officiis lib. II (38): 'ergo et haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit'.

ITINER, pro iter. Ennius Telepho (292):
leûmque de consílio hoc itiner crédo conatúm modo.

Pacuvius Atalanta (44):
dolét pigetque
nági' magisque mé conatum hoc néquiquam itiner . . . .

idem Duloreste (121):
Délphos venum pécus egi, inde ad stábula huc itiner cóntuli.

FEROCIA, pro ferocitate. Pacuvius Teucro (345):
nisi cohérceo
protérvitatem atque hóstio feróciam.

DELERITAS, deleratio. Laberius (139):
quaenám mens, quae delḗritas vos súbpolitorés facit
cum cáno eúgió puéllitárí?

HOLERORVM, pro holerum. Lucilius Satyrarum lib. XV (31):
tintinabulum abest hinc surpiculique holerorum.

MIXTVRA et MODERATVRA. Varro de Vita Populi Romani lib. I: '† sed quod ea et propter talem mixtura inmoderata exaquiscunt, itaque quod temperatura moderatur in Romuli vita triplicis civitates'. †

---

8 Mirabilitas: *corr. Quich.* ‖ 8—9 *cf. 203. 11* ‖ 9 disp. ‖ 16 D. versum *Ranchinus* ‖ p. e. (*Iun.*) inde *Voss.*: pecus secunde (-dae) ‖ ad *Iun.*: ab ‖ huc *Mu.*: ac: haec *Ribb.* ‖ 17—19 *cf. 121. 14* (*s. v.* hostire) ‖ 18—19 n. cicia (citia) fericitate (-roc- $A^{A}$) atque (ad.) ferocia (*om.* hostio) *codd. h. l.* ‖ *scripturam corruptissimam inde ortam credit Mu., quod hi versus olim post 492. 2 positi, cum ibi intercidissent, summae paginae margini in archetypo adscripti essent* ‖ 21 -ris ‖ 22 ca. anilique eu. *Bue.* ‖ 25 Mi. pro mod. *ed. princ.* ‖ 26—27 misturam immoderatam *Ald.* ‖ 27 exaquiscunct $C^{A}$: exacescunt *edd.* ‖ ita quoque temperatur moderatura *Roth.* ‖ vita] civitate *Quich.*

GVBERNA, pro gubernacula. Lucilius Satyrarum lib. XX (12):

proras despoliate et detundete guberna. ||

SINGVLARIA, pro singulari. Turpilius Demetrio (28):

homo única est natúra ac singulária.

LVBIDINITAS, pro lubidine. Laberius in Scylace (81):

lubídinitate lábitur.

FRVCTI vel FRVCTVIS, pro fructus. Turpilius Canephoro (12):

sati' frúcti reddunt.

idem Hetaera (86):

haec si ínpetro abs te ut fáciat,
sati' frúcti cepero éx te.

Varro de Re Rustica lib. I (2, 19): 'eius enim salivam esse fructuis venenum'.

MENSIONEM, pro mensuram. Cicero in Oratore (177): 'aures enim vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem'.

VOLVTABVNDVS, pro volutans. M. Tullius de Republica lib. II (68): 'cupido autem et expetenti et lubidinoso et volutabundo in voluptatibus'.

PORTI, pro portus. Turpilius Demiurgo (48):

neque naútae, cum essent círcumventi véntis, incerto ítinere,
porti índigentes.

DOMVIS, pro domus. Varro Ταφὴ Μενίππου (522): 'perrexit in interiores partes domuis'.

---

29 detundite (-ditate $C^A$) || pr. detendite et spoliate gub. *codd. Mar. Victor. p. 56. 11* || 3 Colace *Iun.* || 8 faciet $B^A$ *ut vid.* || h. s. a. t. u. fa. i. *Havet. (Mél. Graux, p. 810)* || 11 venenum *cod. Varr.*: veneno || 12 pro mensura $L B^A C^A$ || 14 vocem: *corr.* $B^A$ || 16 appetenti (?) *Mu.* || 17 voluntatibus $L A^A B^A$ || 21—22 *cf. 217. 15.*

SONITI et SONV, pro sonitus et sono. Pacuvius Duloreste (133):

quidnam autem hoc sóniti est, quod stridúnt foris?

Caecilius Chalciis (20):

núm quid nam forés fecere sóniti?

Sisenna Historiarum lib. III (26): 'postquam sonu signorum proelium magno cum clamore virorum commissum est'.

GLVTINO, pro glutine. Lucilius lib. XXVI (XXVIII, 41):

praetérito tepido glútinator glútino.

CAVTIO, pro cautela. Cicero de Oratore lib. II (300): 'neque illa mihi cautio et timiditas in causis propter praestantem prudentiam Crassi neglegenda est'. ||

FEROCIA, pro ferocitate. M. Tullius de Republica lib. VI (1): 'qui contuderit eius vim et ecfrenatam illam ferociam'.

GELO, pro gelu. Varro Sesqueulixe (467):

Pieridum comesque tenens
† cata gelo putri
montium † laxa.

CESTIS, pro cestibus. Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (89): 'dicat pugilis: spectatoris, qui miserum putatis

---

31—33 Caut.—est.

---

23 Soni et sonus *L* $B^A$ $C^A$ || sono *Σ*: sona || 24 fori: *corr. Iun., Ribb.* || 26 nam quid nam: *corr. Ribb.* || facere $C^A$ (*cum G*) || 28 utrorumque *Mu. duce Popma* || 29 XXVIII *Mu.* || 30 praetreito (?) *Mu.* || gl. glutinor: (*corr.* $H^1$) || 31—33 *cf. 228. 21* || 2 contuperit $L^1$: comperit *rell.*: *corr. Roth.* || 4 pueri dum: *corr. Scal.* || quae *Scal.* || tenens *scripsi*: tenent || 5 cavata *Scal.*: cana *Bue.*: *fort.* catenata || 6 saxa *Bentin.*: *fort.* latera || 4—6 . . Pieridum comes | quae cavata tenent gelo | saxa putria montium *Mu.*: Piéridúm comés | quaé tenént cána pútrí geló móntiúm | sáxa *Bue.* || 7 Vae victis *Ald.* || 8 ducat $C^A$ || pugili $C^A$: (pugil *index marg. in* $B^A$) || (-res *P*) || quin *Mu.*

vinci, quaero a vobis, si adversarius supercilia mi cestis descobinarit, numquis vestrum sua mihi est daturus?'

FRVCTVIS, pro fructus. Varro Meleagris (295): 'quaero, utrum fructuis an delectationis causa? si fructuis, ut vendatis'. — idem Varro *Ταφῇ Μενίππου* (530): 'aliquot Romae sunt, qui cellas vinarias fructuis causa fecerunt'.

QVAESTI, pro quaestus. Varro Prometheo Libero (436): 'aemulum illius artis atque obstrigilatorem, quae propter aliquot annos quaesti nihil fecerit'.

SENECTAM, pro senectute. Vergilius lib. VI (114):

vires ultra sortemque senectae.

Lucilius lib. XXVIII (51):

próspiciendum ergo ín senectam *iám* nunc adulescéntiaest.

INERMIS, pro inermibus. Sallustius [in] Iugurthae Bello (107, 1): 'neque quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere'. — Sisenna Historiarum lib. III (37): 'plerique inermi in castra perfugiunt'.

GALLIAE, pro Gallicae. Sallustius Hist. lib. IV (40): 'cum interim lumine etiamtum incerto duae Galliae mulieris conventum vitantis ad mestrua solvenda montem ascendunt'. ||

EFFIGIA, pro effigies. Afranius Vopisco (363):

cuius te súscitat
imágo, cuius effígia, quo gnatú's patre.

---

9 supercilta $A^A$: supercilita *L* || cerstis $A^A$ || **10** discopinarit $L\,A^A\,B^A$: discopanarit $C^A$: *corr. Roeper.* || suam m.: *corr. ed. a. 1476* || **11** Fructibus $L^1\,C^A$ || pro fructis $L^1\,C^A$: pro fructibus $A^A\,B^A$ || **12** utr. fructuus $C^A$ || **12—13** c. si fructuis *Roth.*: c. structuis (fructuis *P*) || **13** Varro *del. Ald.* || **14** quid $L^1\,C^A$ || **16** obtrigilatorem: *corr. Pius* || quae] quem *Havet.*: qua *Roth.* || **21** senecta: *corr. F. Dousa* || iam *add. Mu.* || nunc in ad. *Casaubon.* || **22** in *om.* $L\,C^A$ || **23** nequequam $C^A$ || dicere $B^A$ || **26. 27** Gallae *Pius* || **3** cognatus $L\,A^A\,B^A$.

INTEMPERIA, pro intemperantia, apud veterem auctoritatis obscurae (Gell. I, 17, 2): 'has eius intemperias in maritum'.

POEMATORVM, pro poematum. Afranius Privigno (271):
poématorum nón bonorum.

Plautus Asinaria (174):
nám nec fictum umquam ést neque pictum néque scriptum in poématis.

CAVTIO, pro cautela. Terentius in Andria (400):
puerum autem né resciscat míhi esse ex illa caútio.

ACRITAS. Accius Neoptolemo (467):
vis veritátis atque acritás . . .

LARGITAS, pro largitio. Terentius in Adelphis (985):
quód proluvium? quaé istaec subita est lárgitas? . . . .

DEXTRABVS, pro dexteris. Livius in Odyssia (40):
deque manibus dextrabus.

CVRATVRA et CVRATIO, pro cura. Terentius in Eunucho (316):
tametsí bona est natúra, reddunt cúratura iúnceas.

Cicero Tusculanarum lib. III (23): 'nam ut medici causa morborum *inventa* curationem esse inventam putant'.

INBERBI, pro inberbes. Lucilius lib. XXX (77):
inberbi androgyni, barbati moechocinaedi.

Varro epistula ad Fabium: 'quod facie Saturorum similes sunt, quod simi sunt idemque inberbi'.

---

5 intemperantias: (*corr.* $H^2$) || 8—9 *cf.* *309. 12* || 9 usquam *codd.* *309* || ne scr. $C^A$ || 11 cautiost *codd. Ter.* || 13 veritis (*suprascr.* ta) *L*: vertus *Mu.* || veritatis vis atque acritas *Voss.* || 14—15 *cf.* *373. 20* || 16 Livius *Bentin.*: laberius || 19 natura *om.* $C^A$ || 21 verborum: *corr.* $H^3$: morbi *codd. Cic.* || inventa *om.* || 22 -bis || XXX maximus si argento: *corr. Cuiac.* (*cf. v. 27*) || 24 quod *secl. Mu.* || facis: *corr. Iun.* || saturnorum: *corr. Cuiac.* || 25 sunt *secl. Mu.* || simei s. *Mu.*: maximi sunt $L^1 B^A$: maxima fiunt $A^A C^A$ || -bis (-bi $B^A$).

SESCENTVM, pro sescentorum. Lucilius lib. XXX (22): Maximu' si argenti sescentum ac mille reliquit.

idem lib. XXX (20):

quid vero est, centum ac || ducentum possideas si milia?

PAVPERIES, pro paupertate. Ennius Hecuba (170):

senéx sum: utinam mortem óppetam, priu' quam évenat
quod ín pauperie meá senex gravitér gemam!

AEDIS nominativo singularis. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'haec aedis, quae nunc est, multis annis post facta sit. utique omnia regis temporibus delubra parva facta'.

VICTVIS, pro victus. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'primum de re familiari ac partibus; secundo de victuis consuetudine primigenia; tertio de disciplinis priscis necessariis vitae'.

GRADVIS, pro gradus. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'multo praediti pudore et pudicitia adulescentis vixerunt, cum maiore parte eius graduis aetatis stipendia facerent'.

---

3—8 Paup.—facta.

---

**26** pro sesc. *secl.* (?) *Mu.* || **27** argentis s. $L A^A B^A$ (*cf. ad v. 22*) || ac mille *om.* $C^A$ || *post* rel. *lacunam sign. Mu.* || **1** atque d. *Bouterwek.*: aut d. (?) *Mu.* || si $B^A$ (= *G*): *om. rell.* || **2** milium: *corr. Mu.* || **3** Pauperie (?) *Mu.* || pro paupertatem $A^A$ || **3—5** *cf. 507. 18* (*s. v.* evenat) || **4** u. moriar m. o. *codd. h. l.* || eveniat *codd. h. l.* || **5** pauperiem s. $C^A$: pauperie s. $D^A$ || **6** singularis $L^1$: -ri *rell.* || **7** quae *ed. a. 1471* (que *ed. princ.*): quo (quod $E^1 P$) || **8** factast *Mu.* || utique o. r. *scripsi*: in quae (-que) o. r. $L A^A B^A C^A$: in qua o. r. $D^A$: namque Numae (*vel* namque omnia Numae) r. *Mu.*: quia omnia regiis *Scal.* || **10** ac *Me.*: ab (ad *Paris. 7666*) || **10—11** secunde de $C^A$ || **11** prim. *om.* $C^A$ || **14** vixerunt *Me.*: dierunt $L^1 C^A$: dixerunt $A^A B^A$: *fort.* degerunt || maiore patre: maiorem partem *Me.* || gradui: (*corr.* $P^1$) || aetatis *Kettner.* (*seq.* s): etate $C^A$: etade $L^1$: etadte $A^A B^A$.



PVERILITAS, pro pueritia. Varro Cato vel de liberis educandis (4): 'velim mehercules, inquit, ipse uso magno puerilitatis formulam audire'.

ANVIS, pro anus. Varro Cato vel de liberis educandis (8): 'eam nutricem oportet esse adulescentem. anuis enim ut sanguis deterior, sic lac. lac enim, ut quidam dicunt physici, sanguinis spuma'.

PRAECANTRIX. Varro Cato vel de liberis educandis (15): 'ut faciunt pleraeque, ut adhibeant praecantrices nec medico ostendant'.

RITVIS, pro ritus. Varro Cato vel de liberis educandis (35): 'itaque domi rituis nostri qui per Dium Fidium iurare vult prodire solet in conpluvium'.

PRONIS, positum pro prona. Varro Parmenone (391):

ália trábs prónis ín humum áccidéns próximaé || frángit
ramós cadéns.

TENERITAS. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (58): 'in primo enim ortu inest teneritas ac mollitia quaedam'.

---

2—3 Ten. Cic. in primo—quaedam.

---

**15** Pueritas *Mu.* || **16** -lis || uso $A^A$: usu $L B^A$: uto (*Lugd.*, *Bamb.*) *vel* ut (*Paris. 7666*) $C^A$: voto *Mu.* || **17** pueritatis *Mu.* || **20** ut quidem *Gulielm.* || **22** faciant: *corr. Pius* || plerique $L^1$ || ostendunt: *corr. Grauert.* || **24** Dium *Scal.*: deum || **26—1** *cf. 178. 31* (*s. v.* traps) *fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 27*) || **1** alta *Oehler.* || **3** temeritas *codd. Cic.*

# IX.

## INCIPIT
## DE NVMERIS ET CASIBVS.

Accusativus numeri singularis positus pro genetivo plurali. Sisenna Hist. lib. IV (112): 'qui tamen quibus leitibus foedera maiorum suûm dissoluta'. Titinius Veliterna (149):

ómnium vitiûm*ne* expertem, cónsili plenum próhibui?

idem in Gemina (47):

non † exsecratis parasitum nec virum aspellit domo.

Plautus Persa (390):

pol déûm virtute dícam et maiorúm meûm.

Lucretius lib. VI (642):

flammea tempestas Siculûm dominata per agros.

Terentius Hecyra (22):

prope iám remotum [ab] iniúria adversáriûm.

Accius Eurysace (381):

reppríme parumper vím citatûm quádrupedum.

---

*om. hoc caput* $D^A$ || 6 DE NVMERIS ET CASIBVS $C^A$ (*cum P et indice generali*): DE GENERIBVS ET CASIBVS *L* $A^A$ || 8 pluralis *Mu.* || 9 litibus *ed. princ.*: letibus (lae.) || diss. * * * *Mu.* || 10 ne *addidi* || praehibui *Both.*: perhibui *Bue.* || 12 execratis (*Paris. 7666*) *vel* exscratis (*Lugd., Bamb.*) $C^A$: (execrastis *P*) || cúr non exscrattís p. néc vestrum aspellis d.? *Ribb.*: nôn pus exscreât p. néc vīrum a. d. *Bue.*: nómen exsecrát p. néc v. a. d. *Hermann.*: *fort.* non éxsecratrix párasitûm nec quaé v. a. d. || 14 virtutem || 16 flammae *codd. Lucr.* || 18 ab *om. codd. Ter.* || abversarium $C^A$ || 20 reprime p.: parumper reprime *vel* reprimes parumper *Mu.*

idem Epinausimache (318):

ab clásse ad urbem téndunt, neque quisquám potest
fulgéntium armûm armátus ardorem óbtui.

Novius Eurysace (108):

mília
sex númmûm in arcam démisi nummáriam.

Turpilius Epiclero (54):

ni Cálliphonis núnc te miseret líberûm.

Pacuvius Atalanta (43):

paréntum incertûm invéstigandûm grátia.

idem Periboea (295):

regnûm ímperator, aéternûm morúm sator.

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (373):

omni ópstant in mystério invidûm tabes.

idem de Vita Populi Romani lib. IV: 'Hortensius supra decem milia cadûm heredi re*liquit*'. — *Lucilius lib. XVIII* (1):

*milia ducentum frumenti* tolli' medimnûm,
vini mille cadûm.

Sallustius Hist. lib. I (100): 'cuius duas insulas, propinquas || inter se et decem *milia* stadiûm procul a Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere'. — Afranius Vopisco (360):

23 armum *Bentin.*: armorum || animatus *Both.* || 24 Eur. (Eris. *G*) *secl. Munk.* || 26 dimisi || 28 in: (ni *PE*) || misere (-rae): *corr. Iun.* || 32 regum *Gulielm.* || aeternum, humanum *Ribb.*: aeterne, humanum *Both.* || 34 om. obst. in *Popma*: o mi optanti || mysterio *Mu.*: ministero (-rio $B^A$ *ut vid.*) || inviduum: *corr. Ald.* || 35—39 *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 87*) || 35—36 *cf. 544. 14* (*s. v.* cadi) || 36—38 heredi retollis (recollis $A^A$): *suppl. Me.* || *unus versus interciderat in archetypo* || 36—39 *cf. 544. 9* (*s. v.* cadi) || 38 tu centum *Bouterwek.* || 40 I *Gerlach.*: XI $A^A B^A$: *om.* $L^1 C^A$ || cuius] quas *Roth.* || 1 decem: decem milia ($\overline{X}$) *Me.* || 2 sitas *Carrio*: satis.

antíquitas peténda in principio ést mihi:
maióris vestri cúpidioris líberûm
fuére.

M. Tullius de Officiis lib. III (92): 'an emat denario quod sit mille denariûm?'

**Accusativus** positus pro dativo: "ignoscamus illam rem" pro "illi rei ignoscamus". Plautus Amphitryone (257):

velátis manibus órant, ignoscámus peccatúm suum.

Terentius in Eunucho (680):

au!
ne cónparandus hícquidem ad illum est.

**Genetivus** casus positus pro accusativo. Titinius Psaltria (93):

dicís tu, quaeso? quó te avortistí? mei
fastídis, meae delíciae?

Plautus in Aulularia (245):

abiit neque me cértiorem fécit: fastidít mei;

pro me fastidit. Lucilius Satyrarum lib. VII (31):

tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum.

Turpilius Leucadia (103):

víde, nunc fastidít mei.

Lucilius lib. XXVIII (26):

cui saépe mille inpósui plagarum ín diem.

idem (inc. 167):

si argenti índiges.

---

**4** repetenda *Both.*: spectanda *Mu.* || **5** nostri *Iun.* || incup. (*praec.* i): *corr. Mu.* || **7** IIII $B^{A}$ || **10—11** *cf. 502. 13* || **10** ignoscant: *del. Me.* || **12—14** *cf. 256. 4* || **13** aut *codd. utrobique* || **14** ad] aut $L^1$: *secl. Mu.* || **16** dic istuc *Mu.*: dic sis tu *Gulielm.* || quo a te $L A^{A} B^{A}$: quor te *Ribb.* || abortisti || **17** fastidissi $L A^{A}$ || **19** Fast. (*nov. lemma*) || **20** p. m. f. *del.* (?) *Mu.* || **23** viden ut f. *Fr. Dousa* || **26—27** *post 498. 12 transp. Quich.*



Plautus Aulularia (379):

deinde égomet mecum cógitare intérvias
occépi.

|| cum sit veretur illam rem, sicuti et consuetudo et Terentius in Phormione auctor est dicens (232):

nón simultatém meam
veréri saltim?

veteribus genetivum pro accusativo poni placet. Afranius Compitalibus (31):

. sí non verear, némo vereatúr tui.

idem Simulante (302):

. tui verétur, me ad te mísit oratúm pater.

et in Emancipato (99):

optándum uxorem, quaé non vereatúr viri?

Pacuvius Hermiona (182):

Tyndareo fíeri contuméliam,
cuíus a te verétur maxume?

Atta Gratulatione (7):

níhilne te populí veretur, quí vociferere ín via?

Varro Sardis Venalibus (449): ||

non té tui saltím pudet, si níhil mei revereátur?

Accius Alphesiboea (76):

si tuí veretur té progenitorís, cedo.

**Accusativus** positus pro ablativo. Titinius Gemina (48):

. . edepol hóminis gnavi fúnctu's officiúm . .

---

**29** interv.] interdum || **34** revereri *codd. Ter.* || **35** genetivus (-nit-, -vos): *corr. ed. a. 1476* || **37** *fort.* qui si s. n. vereare *Me.* || **38—39** Simulante. tui *Iun.*: simulatui || **39—40** pater. et *Roth.*: peteret $L A^{A} C^{A}$: peteret idem $B^{A}$ || **44** a *del. Voss.* || **5** ign.: *corr. Puteanus.*

497 M.

Plautus Menaechmis (223):

nám parasitus ócto hominum múnus facile fúngitur.

idem Trinummo (1):

sequere hác me, gnata, ut múnus † fungas tuum.

Lucilius Satyrarum lib. I (37):

munu' tamen fungi et muros servare potissint.

idem lib. V (51):

Laeliu' pauperem ait se ingentia munera fungi.

Turpilius Epiclero (68):

séd volo ut família nostra offícia fungatúr sua.

idem Paedio (164):

núptias abiéci; amicos útor primorís viros.

Pacuvius Duloreste (129):

nónne officium fúngar vulgi atque aégre malefactúm feram?

Accusativus vel nominativus pro ablativo. Turpilius Demetrio (32):

meós parentes cáreo.

M. Tullius de Republica lib. V (4): 'sed tamen ut bono patri familias colendi, aedificandi, ratiocinandi quidam usus opus est'. — Varro Cygno, περὶ ταφῆς (80): 'denique si vestimenta ea opus sunt, quae fers, cur conscindis? si non opus sunt, cur fers?' — idem Prometheo Libero (431): 'id ut scias, audi hoc quod falsum dicis esse, nemini oculos opus esse, si habet'. — Sallustius

---

**7** h. unus m. *C. F. Mueller.* (*Rhein. Mus. 54, 391*) ‖ **9** ac ‖ ut m. fungaris t. *codd. Pl.*: m. ut fungas t. *Mu.*: ut m. fungas tu t. *Schoell.* ‖ **11** potissint *Mu.*: possint ‖ **13** laevius $L\,A^A$ ‖ **15** s. vola $L\,C^A$: s. volo (*HP*) *vel* vola ($E^1$) $A^A$: s. vola (*G*) *vel* volo ($E^2$) $B^A$: sedula (?) *Mu.* ‖ **19** malefatum: (*corr. Bamb.*) ‖ **21—22** *cf. 466. 4* (*s. v.* careo) ‖ **22** eos *codd. 466* ‖ careo *om.* $C^A$ ‖ **26** ei (et $E^1 P$): *corr. Roth.* ‖ **26—27** quae fers—opus sunt *om.* $C^A$ ‖ **28** esse *om.* $B^A$ ¦ nem.—esse *om.* $L^1$.

Hist. lib. II (IV, 67): 'ruinaque pars magna suismet aut proxumorum telis, ceteri vicem pecorum obtruncabantur'. Afranius Vopisco (390):

tandem út possimus nóstra fungi múnera.

idem Fratriis (173):

id aurum mé condonat lítteris.

Lucilius lib. XXVI (51):

haéc tu si volés per auris péctus inrigárier.

Genetivus positus pro ablativo vel adverbio loci. Plautus Trinummo (1153):

nón ego sum dignús || salutis?

Cicero Tusculanarum lib. IV (35): 'aliquod malum metuit; exanimatus pendet animi'. — Plautus Amphitryone (187):

ut sálvi poteremúr domi.

Pomponius Pappo Agricola (101):

dómus haec fervit flágiti.

Accius Erigona (49):

locórum late víridia et frugum úbera.

Lucilius Satyrarum lib. VI (6):

hortare, illorum si possim captu' potiri?

idem lib. VIII (17):

quarum et abundemus rerum et quarum indigeamus.

---

29 ma. p. *Mu.* || 30 citeri (cet. $B^A$) || vicem *Passerat.*: vece $L A^A$: vete $C^A$: vice $B^A$ || obtruncabuntur $B^A$ || 36 adverbium: *corr. Ald.* || 3 examinatus $A^A B^A$ || in amph. $C^A$ || 4 potiremur (*cum codd. Pl.*) || 5—6 *cf. 503. 9* (*s. v.* fervit) || 6 fuerit placiti *codd. h. l.* || 8 locronum: *corr. Both.*: Locrorum *Ald.* || fruguum $L^1 C^A$ || 10 hortarei (?) *Mu.* || captus (*Scal.*) potiri *I. Dousa*: capisotiri $L^1 C^A$: capi sortiri $A^A B^A$.

498 M.

idem lib. IX (63):

si nihil ad faciem et solum lupa prostibulumque,
nummi opus atque assis.

Pacuvius Periboea (291):

postquam ést oneratus frúgum et floris Líberi.

Genetivus pro ablativo. M. Tullius de Republica lib. III (35): 'noster autem populus sociis defendendis terrarum iam omnium potitus est'. — Afranius Excepto (151):

quod vítae studium aut quód praesidium in pósterum
mihi súbponebas, mé cum privastí tui?

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'ut noster exercitus ita sit fugatus, ut Galli Romae Capitoli sint potiti neque inde ante sex menses cesserint'. Significat ad genetivum in potestatem venit Plautus Captivis (*cf.* 762):

ille alter potitus hostis est.

Sallustius in Iugurtae Bello (25, 10): 'ut, priusquam legatos conveniret, Adherbalis potiretur'. — idem in eodem (90, 1): 'ager autem aridus et frugum vacuus'. — M. Tullius de Officiis lib. I (81): 'haec sunt opera magni animi et excellentis et prudentiae consilioque fidentis'. — idem (Off. I, 151): 'omnium autem rerum,

---

**14** solum *Lips.*: si olim || **15** numi $L^1$: numini $B^A C^A$: minimi *ut vid.* $A^A$ || assis *Lips.*: obsit || **17** honoratus || flores $A^A$ || **18** Gen. pro abl. *om. ed. a. 1476 (etiam cum exemplis pluribus a. 1471)* || **20** potius $A^A$ || **22** privasti *Me.*: privis: privares *Ribb.* || **23** ut *secl. Mu.* || **24** itast *Mu.* || capitolii || R. praeter Cap. *Quich.*: R. nisi Cap. *Popma* || **25** gesserint: *corr. Lips.* || **25—26** significata ad gen. in: *fort.* significat autem (āt) genetivo in || **26** potestate $A^A$ || **26—28** venit * * * (Ter. Ad. 871) ille alter sine labore patria potitur commoda. Pl. Capt. (92 *vel* 762) potitus hostis est *Mu.* || **28** *vix* hostiu(m)st || maior potitus hostium est *codd. Pl.* || **30** legatus $L^1$ || **31** fruguum $L^1 C^A$ || **32** hexsunt $L^1$: hae sunt $B^A$ || **33** et excelsi *codd. Cic.* || et prudentia *codd. Cic.* et prudentiae quae (que) || consilique (?) *Mu.*

ex quibus aliquid adquiritur, nihil est agri cultura melius'. — Vergilius Aen. lib. I (215):

inplentur veteris bacchi pinguisque ferinae.

M. Tullius in Hortensio (83): 'et qui expectat, pendet animi, quia semper, quid futurum sit, incertum est'. — Varro Eumenidibus (154): 'ego autem, qui essem plenus vini et veneris'. — ‖ Sic "desipiebam mentis", pro "mente desipiebam". Plautus Epidico (138):

. . desipiébam mentis, cum ílla scripta mítterem.

Sic "mille annorum vivunt" pro "mille annis vivunt". Plautus Milite (1079):

qui míllе annorum pérpetuo vivúnt ab saeclo ad saéclum.

Dativus pro accusativo. Titinius Barbato (11):

úbi ambitioném virtuti vídeas antecédere.

pro "virtutem antecedere"
Plautus Truculento (137):

quia tuó vestimento ét cibo aliénis rebus cúras.

Accius Meleagro (446):

cúius exuvias ét coronam huic múneravit vírgini.

M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'nec vero mulieribus praefectus praeponatur, qui apud Graecos creari solet; sed sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus'. — Sallustius Catilinae Bello (56, 2): 'brevi spatio legiones numero hominum expleverat, cum initio non amplius duobus milibus habuisset'. — Lucilius lib. XXVI (96):

---

**34** adquiretur $C^A$ ‖ **38—1** quiessem (?) *Mu.* ‖ **1** uni $L^1C^A$ ‖ **3** dés. mé. c. illas scríptas mittebám tibi *codd. Pl.* ‖ **6** quin *docti ap. Pl.* ‖ Ad (*nov. lemm.*) saeculo pro ad saeculum: ab sacio ad seclum *codd. Pl.* ‖ **8** ubi ubi *Mu.*: ubi iam *Ribb.*: at ubi *Quich.* ‖ ambitione virtutis (-ti $A^A$): *corr. Iun.* ‖ **9** (*om.* $E^1P$) ‖ **12** Accius *Ald.*: abius ‖ **15** reponatur: *corr. Iun.* ‖ **16** doceam $L^1$.

si míserantur se ipsí, vide,

† ne illorum causa superiore loco conlocavit. †

Terentius (cf. Ad. 491):

fácite ita ut vobís decet.

idem in Andria (69):

intérea mulier quaédam, abhinc triénnium,
ex Ándro conmigrávit huic vicíniae.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'tanta porro invasit cupiditas honorum plerisque, ut vel caelum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent'.

Accusativus pro genetivo. M. Tullius de Officiis lib. II (29): 'dum homines perditi hastam illam cruentam meminerint et sperabunt'. — Vergilius in Bucolicis (VII, 19):

alternos Musae meminisse volebant.

Plautus Cistellaria (381):

méminere officiúm suum.

et Menaechmis (45):

proptérea illius nómen memini fácilius.

Accius Eurysace (346):

heú me miserum cum haéc recordor, cum íllos reminiscór dies!

idem ‖ Epinausimache (328):

eos mortalis, Phoenix, [lib. X] misereor saepe † studitos volo.

et Athamante (190):

véritus sum arbitrós; atque utinam mémet possim oblíscier!

**20** causam *Guietus* ‖ collocarit *Guietus* ‖ **22** decet] placet ‖ **25** huc *Ter.* ‖ **30** perditi *Cic.*: cruenti (*seq.* h. i. cruentam) ‖ **31** sperabant $L^1 C^A$ ‖ **31—32** *cf. 524. 15* ‖ **38** eu ‖ illo $L B^A$: ille $C^A$ ‖ **2** eo hos *Both.*: hos (?) *Mu.* ‖ foenis (-nus $C^A$) ‖ miseror $L A^A B^A$ ‖ éos mortalis, Phoénix, miseror; scíre ego istud uós uolo *Havet.* (*Mél. Graux, p. 804*): deorúm mortalis, Phoenix, esse líberos | reminíscor saepe et ístud itidem vós volo *Ribb.*: eos mortális, Phoenix, líbero | miséreor saepe stúdio et adiutós volo *Mu.* ‖ **4** arbitror: *corr. Both.* ‖ obliviscier $A^A$.



et Nyctegresia (488):

án ego Vlixem oblíscar umquam aut quémquam praeponí velim?

Turpilius Paedio (155):

iam désine
meminísse illius fórmam.

M. Tullius de Republica lib. IV (1): 'atque ipsa mens, quae futura videt, praeterita meminit'. — Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (90): 'libet me epigrammatia facere et quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venerit, ponam'. Sic et "invidit illam rem" pro "illi rei". Accius Melanippo (424):

índe aut quis mortális florem líberûm invidít meûm?

‖ "privatur illam rem", pro "illa re" [privatur]. Novius Paedio (69):

quot res vis húnc privari púlcras, quas utí solet!

Ablativus pro genetivo. Plautus Pseudolo (183):

víno modo cupidae éstis.

Lucilius Satyrarum lib. I (38):

porro quaecumque et quicumque, ut diximus ante,
obstiterit, primo hoc minuendi † refert res.

idem lib. VI (35):

[et] id solum adversae fortunae reque resistit.

Turpilius Paedio (157):

neque mírum: educta ut pár est, expars málitiis . . . .

